Ax. 30 cxl

LVDOVICI MOROTII

CIVIS MONTISREGALIS, IN AMPLISSIMO PEDEMONTANO SENATV Primi Præſidis,

RESPONSORVM

Liber Primus.

Nunc primum in lucem editus.

Cui acceſſit elegans ac perutilis in foro verſantibus,

De Iure offerendi libellus.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

D. Balthasar

Num. ...

Cax. ...

Num. ...

TAVRINI, Apud Io. Dominicum Tarinum. M. DCI.

Superiorum permiſſu.

AD SERENISSIMVM PHILIPPVM EMANVELEM

SERENISS.MI CAROLI EMANVELIS DVCIS SABAVDIAE,

AC DIVAE CATHARINAE AVSTRIACAE filium Primogenitum, & Pedemontium Principem.

LVDOVICVS MOROTIVS PEDEMONTANI Senatus Primus Præſes, & ſubditus obſequentiſſimus.

TANTA eſt rerum farrago iuris reſponſa deſiderantium in hac deplorati ſeculi dolenda tempeſtate, qua vitia in ſummum excurrere pergunt, propter hominis ingenium, quod perpetuò querulum eſt, & inexaturabile, Princeps Sereniſſime, & Auguſtiſſime, vt legum ſanctionum, tùm ciuilium, tùm municipalium reſponſorum etiam, ac deciſionum myriades cogamur habere, quibus technis & captionibus hominum legitimè occurratur, iurgantium controuerſiæ dirimantur, & vnicuique quod ſuum eſt iuſtè contingat, ac innumera hominum negotia,

RESPONSORVM D. LVDOVICI MOROTII PRIMI PRAESIDIS IN SENATV PEDEMONTANO.

LIBER PRIMVS.

RESPONSVM PRIMVM

PRO FILIIS ILL. D. SINIBALDI DE ADVOCATIS condomini Cerridoni, contra D. Magdalenam filiam Illuſt. quond. D. Dominici à Buruntio condomini eiuſdem oppidi;

In quo agitur de ardua illa quæſtione, An filij fratrum hæreditatem patrui diuidant in ſtirpes, vel in capita & oſtenditur veriorem eſſe Azonis ſententiam, exiſtimantis per capita ſuccedi, contra Accurſium, & eius ſectatores.

SVMMARIVM.

1 *AZO, & Accurſ. anteſignani inuicem contrarij arduæ quæſtionis, An filij fratrum in capita, vel in ſtirpes, diuidant hæreditatem patrui inter ſe.*

2 *Doctores, qui Accurſium ſunt ſequuti tam legendo, quàm conſulendo, necnon in deciſionibus, & qui putant hanc eſſe receptiorem,*

3 *Hæreditatem in capita partiri ſemotis fratribus, & filijs fratrum. Et inibi refertur argumentum Bar. contra Azo. quod confutatur num. 36.*

4 *Filios fratrum excludere patruum aſcendentem à latere, à ſucceſſione patrui ipſorũ filiorum, & nepotis patrui excluſi, quãquã in æquali ſint gradu, quod eſt ſecundum argumentum Bart & Accurſianorum & diſſoluitur num. 38.*

5 *Filij fratrum abſque dubio in ſtirpem ſuccedunt cum patruo, alteri patruo. Sed Bart. putat alteram diuiſionem, deinde eſſe faciendam inter ipſos quod exploditur nu. 39.*

6 *Lex generaliter loquens generaliter debet intelligi, & ſufficit ad correctionem iuris antiqui: declaratur nu. 40. & 41.*

7 *Filius cenſetur eadem perſona cum patre, & dicitur pars corporis eiuſdem. vbi Becci ar*

QVAESTIONES DE IVRE OFFERENDI.

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi conceditur cuilibet poſſeſſori, etiam malæ fidei & iniuſto, contra creditorem agentem hypothecaria:*

2 *Et datur etiam poſt ſententiam, ac in executione iudicati.*

3 *Poſſeſſor iuſtus cui competit ius offerẽdi, poteſt impetrare ceſſionem iurium à creditore: ſecus verò eſt in iniuſto poſſeſſore, ex veriori opinione contra Barto. & ſectatores.*

4 *Creditor, aduerſus quem fit oblatio à poßeßore, repellitur exceptione ceſſionis factæ pro rata rei ſeu fundi, quem liberauit ex ſua ceſſione, & pro quo eſt poſterior ipſi poſſeſſori, ſecundum magis veram opinionem contra Bald. Neguſant. & alios.*

5 *Poſſeſſor qui obtinuit ceſſionem à credi tore, ea vti poteſt aduerſus ipſum creditorem cedentem, qui ex alia poſteriore cauſa prætendat intereſſe in bonis debitoris, ſecundum Dec. quem male intellexit Neguſant.*

6 *Ius offerendi datur poſſeſſori rei æſtimatæ, ad quam agit mulier, ſoluto matrimonio, in ſubſidium vtili rei vendicatione, cum Soci. ſen. contra Neguſant.*

7 *Poßeſſor conuentus hypothecaria à creditore, volens rem liberare, offerendo veram rei æſtimationem quę minor ſit debito, non auditur: ſed tenetur totum debitum agnoſcere, & ſoluere, aut rem dimittere, ex communi contra Socinum.*

8 *Ampliatur, etiamſi res aucta eſſet induſtria ac impenſa ipſius poſſeſſoris. Adhuc enim nequit eam retinere: contra Barto. & communem ex veriori quæ hodie à recentioribus tenetur, & obſeruatur.*

9 *Ius offerendi non datur contra mulierem agentem ad dotis collocationẽ ob vergentiam mariti ad inopiam:*

10 *Fallit ſi mulier ageret ad pecuniam, ſeu ad rem mobilem:*

11 *Fallit ſecundò, quando poſſeſſor ſeu creditor vellet offerre ſoluto matrimonio poſt collocationem factam ipſo matrimonio cõſtante. tunc enim admittitur ad offerendum.*

12 *Ius offerendi competit poſteriori creditori habenti hypothecã ſine qua non conceditur ius offerendi: & eſt fundatum in æquitate.*

13 *Ius offerendi datur priori creditori poſſidenti pignus contra poſteriorẽ.*

14 *Ius offerendi non datur priori creditori, qui non poſſidet, nec habet hypothecam.*

15 *Ius offerendi datur anteriori creditori*